nisi apparuit in terra nostra. neque hinc discrepat quod nazareth interpreta
tur flos. Amat florigenam patria flos de virga yesse et libenter inter
lilia pascitur flos campi et lilium convallium. Commendat enim flores pul
critudo suavis olentia spes fructus. gratia triplex. Te quoque florem
reputavit deus et bonus ei complacet in te si tibi nec honeste conversationis
decor nec bone opinionis fragrantia nec intentio desint future re
tributionis. fructus enim spiritus est vita eterna. Ne timeas maria inve
nisti enim gratiam apud deum. quantam gratiam? Gratiam plenam gratiam singu
larem. singularem an generalem? Utramque sine dubio quia plenam et eo singu
larem quo generalem. ipsam enim generalem singulariter accepisti. eo inquam
singularem quo generalem quia sola pre omnibus gratiam invenisti. singularem eo quod
sola hanc inveneris plenitudinem generalem quod de ipsa plenitudine accipiant uni
versi. benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Singu
laris quidem fructus est ventris tui sed ad omnes quidem per te me
diante pervenit. sic imber olim totus in vellere totus in area sed in
nulla pre area sicut in vellere totus fuit. In te sola rex ille dives et pre
dives exinanitus. excelsus humiliatus et immensus abbreviatus et ab eo
angelis minoratus verus deus et dei filius incarnatus. Sed quo fruc
tu? nempe ut omnes eius paupertate locupletemur eius humilitate subli
memur eius minoratione magnificemur. eius incarnatione adherentes deo
incipiamus unus esse spiritus cum eo. Sed quid dicimus fratres non po
tuissimus vasi gratie infunderetur. si ut supra meminimus triplex est quidem
nec fiducia parum nobis instare. quale iam peteremus pro locum gratie re
ceptaculum exhibere? balsamum est purissimum et solidissimum vas re
quirit. Et quid tam purum quam veritas tam solidum quam humilitas cordis?
merito proinde humilibus dat gratiam. merito respexit deus humilitatem ancil
le sue. quoniam merito gratias. Eo utique quod iam humilem necessitas non
non comparet humanam quo minus libere confluerent divine gratie plenitudo. Sed
ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gradibus ascendendum. Primo enim
cor humanum quod adhuc peccare delectatur nec mittere consuetudine proposi
to malore mittunt ne sit gratie capax propriis viciis prepeditur. Secundo quoque
ubi iam corrigere mores et priores negligentias deflere non iam propositum
peccata licet iam impugnante quodammodo vulnerantur in eo ma
nent gratiam non admittitur. Manet autem donec confessione laventur. donec
succedentibus dignis fructibus penitentie de medio fiant. Sed ve tibi si facte ubi
magis et prius perniciosior successerit ingratitudo. quid enim tam contrarium
gratie adversatur? Tepescimus processu temporis a fervore conversationis
nostre paulatim refrigescit caritas habundat iniquitas ut consumemus in car
ne que spiritu cepimus. Inde est quod minus iam firmius que a deo donata sunt
nobis in devotione patris et ingratitudinis. Timore domini relinquimus religiosam omni
um sollicitudine nervosi curiosi facti etiam detractores et murmura

riores vacantes nugis. fugitantes laboris et discipline quotiens sine
nota id licet quasi non confestim sit eterna sibi noxa. Quid ergo tantis re
pulsam obstaculis gratiam nobis deesse miramur. Jam ubi si quis iuxta aplm
verbo xpi inhabitari. Si quis gratus est si quis devotus si quis sollicitus
si quis spiritu fervens caveat sibi ne suis fidat meritis ne suis operibus
innitatur. Alioquin nec huiusmodi quidem animum intrat gratia. inveniens plenus e
nec in eo venit cum gratia locus sibi. Considerastis phariseum illum orantem
non erat raptor non iniustus non adulter. Nec sine fructibus penitentie erat. Je
iunabat bis in sabbato decimas dabat omnium que possidebat. Sed ingratum fe
cisse suspicamini. audite quid dicat. deus gratias ago tibi. Sed non e
rat vacuus non exinanitus non erat humilis sed elatus. non quid sibi dees
set scire studuit sed aggregavit meritum suum nec erat illa solida pleni
tudo sed tumor vacuus proinde redit qui plenitudinem simulavit. Ita pu
blicanus ille qui exinanivit semetipsum qui vacuum vas exhibere curavit gra
tiam retulit ampliorem. Nos ergo fratres si gratiam capimus inventione sit de
cetero abstineamus a nugis ut de preteritis quoque prius digne peniteamus
nichilominus quoque solliciti simus et devotos nos deo et tam humiles exhibe
huiusmodi nempe animas gratiam respicit pro illo respectu de quo sapiens
ait. Quoniam gratia et misericordia dei est in sanctos eius et respectus in electos illius. Et for
te propterea quater revocat amicam quam respicit dicens Revertere reverte
re sunamitis revertere revertere ut intueamur te. quo videlicet nec in
peccandi consuetudine nec in conscientia peccati sed neque in tempore et tepore
ingratitudinis aut elationis vanitate persistat. A quo nos quadruplici
periculo revocare et eripere dignetur factus nobis a deo patre sapientia et iusti
cia et sanctificatio et redemptio ihesus xpistus dominus noster amen. || Ser
mo in Ramis palmarum de tribus ordinibus obsequentium xpo et pas
sione domini.

Cum sine causa spiritum sponsi patris et dei sui habens ecclesia
processioni hodie novam quandam et miram coniunctione addidit
|| passionem. Nam processio plausum habet passio planctum. Qui
ergo sapientibus et insipientibus debitores sumus videamus quid v
trisque conferat hec coniunctio. Et prius quidem quid secula
ribus indicet quoniam non prius quod spirituale sed quod animale. Videat secula
ris anima. videat et intelligat quoniam extrema gaudii luctus occupat
propter hoc enim ipsa veritas quoque reperitur et docere non solum verbis per
minis sed et exemplis quod ante predixerat per prophetam. quoniam omnis ca
ro fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni. cetera appensum morte ma
nifeste studuit probare in semetipso. unde et processionis gloria voluit sub
limari qui paulo post sibi noverat imminere diem ignominiosissime
passionis. Quis ergo sperare iam debeat in momento glorie temporalis cum videat
ipse quoque qui priusquam non fecerit auctore temporum et conditore universitatis

tis post exultationem tantam tante nichilominus humiliationem stupui?
In eadem enim civitate a plebe eadem et eodem tempore nunc quidem
processionis gloria et divinis est laudibus honoratus, post modicum vero
crucifigitur contumeliis et tormentis cum sceleratis reputatus. Hic est
transitorie letitie finis, hic fructus glorie temporalis. Propterea prudenter
orat propheta ut cantet domino gloria eius et non compungatur, id est processionis
honor quam passio non sequatur. Nobis autem fratres tempore spiritualibus
spiritualia comparantes in processione quidem celestis patrie representabimus glo
riam, in passione monstrabimus viam. Nam si in processione venit quidem
tibi in mentem futura illa letitia et exultatio multo minus quam cum rapiemur
in nubibus obviam christo in aera, si toto corpore videre desideras diem illum
quo suscipietur in celestem civitatem christus dominus caput cum membris omnibus portans
triumphum victorie applaudentibus non iam pueris hebreis sed virtutibus
angelicis clamantibus undique populis utriusque testamenti: Benedictus qui ve
nit in nomine domini. Si magis consideravisti in processione quo properandum sit, dis
ce in passione qua sit eundum. Hec est via vite, tribulatio presens via glo
rie, via civitatis habitaculi, via regni, secundum quod latro clamat de cruce:
Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Euntem enim in regnum videt
quo cum pervenisset sui memorem fore rogavit. Pervenit ergo et ipse,
et si vis nosse quam compendiosa via, eadem die meruit cum domino esse in pa
radiso. Tolerabilem profecto reddit passionis laborem gloria processionis,
quia amanti nichil difficile est. Nec mireris si presenti processione ce
lestem depictam representari que homines et iumenta in utrisque suscipit et si lon
ge aliter et aliter. In hac enim processione irrationale iumentum propius in
sidet. In illa vero iumentum quidem futurum est sed rationale, quia homines et
iumenta salvabis domine. Cui simile est et illud: ut iumentum factus sum apud
te et ego semper tecum. Et vide si non de processione legitur quod sequitur:
Tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum
gloria suscepisti me. Ibi certe nec ipse quidem pullus deerit, quia
et si murmuraret hebreus pueros venire non sinens parvulorum lapsus
ne detraheris, quia parvulus natus est et primo elegit ore parvulorum inno
centes loquor. Hodie quoque parvulos a gloria non excludit, quia nec pie
tati incongruum nec maiestati eius difficile est ut suppleat minus gratie
quod minus in eis habet natura possibile. Ibi enim non ramos arborum non vilia ve
stimenta populares turbe prosternent, sed dimittent penas suas animalia
sancta, deponent coronas suas ante thronum agni xxiiii.or seniores et
virtutes omnes angelice quicquid habent glorie vel decoris totum ei asscribent,
totum attribuent illi. Iam vero quia de iumento ac vestibus ac ramis
arborum mentio facta est considerare diligentius libet triplex obsequium
quod in processione hac exhiberi video salvatori. Primum quidem a iumen
to cui insidet, secundum ab hiis qui vestimenta prosternunt, tertium vero ab

hiis qui de arboribus ramos cedere perhibentur. Nonne enim omnes relig-
-iosi eo quod tradunt sibi mittunt et quasi sub labore obsequuntur domino. Solum vo-
-luntarie semetipsum exponunt eius obsequio. Silendum non est ut clamo
ne tacueritis an magis loquar ut habeatis consolationem. Jumentum
cui insidet Christus nonne vos estis iuxta preceptum apostoli glorificantes et por-
-tantes deum in corporibus vestris. Expendunt enim seculares homines in obsequi-
-um domini non quidem corpora sed que adiacent et necessaria sunt corporibus
cum de terrena substantia elemosinas largiuntur. Prelati quoque ramos cedunt
de arboribus verbi gratia cum de fide et obediencia abrahe de castita-
-te ioseph de mansuetudine moysi ceterorumque sanctorum virtutibus evangeli-
-zant. Verumptamen et hii de promptuariis plenis largiuntur. Et hii que
acceperunt gratis nichilominus dare iubentur. Omnes tamen si fideles sunt quisque
contentus fuerit ministerio in processione sunt salvatoris et cum eo ingre-
-diuntur in sanctam civitatem quam tres providit propheta salvandos noe cedentem
ramos in arche fabricam danielem in vili edulio et labore abstinencie fati-
-gatum tamquam iumentum salvatorem portantem. Iterum quoque iob dum dis-
-pensantem substantiam hereditatis et de velleribus ovium suarum pauperum latera
in calefacientem. Cum tamen in processione illa isti propinquiores cum de tribus
ordinibus salvus veniat fidele credo potestis advertere. || Item unde
supra et de passione et processione et quattuor ordinibus processionis.

Causa est ut loquamur hodie brevius quia et angustia temporis.
multa quidem nobis insinuat processio quam celebraturi sumus sed ea-
-dem impedit ne dicere plura possimus. Celebraturi sumus hodie
processionem et paulo post audituri passionem. Quid sibi vult mirabilis for-
-te quis querat quod ita ordinaverunt patres nostri passioni addentes proces-
-sionem. Nam processio quidem merito representat hodie que facta est hodie
passio vero ideo addita est quia sexta feria constat esse facta. Optime
igitur processioni passio iuncta est ut discamus in nulla leticia huius secu-
-li habere fiduciam scientes quia extrema gaudii luctus occupat. Propterea
non simus stulti ne occidat nos prosperitas nostra. Sed in die bonorum non
immemores simus malorum et e converso. Istud enim impletum est presens seculum
non secularibus tantum sed etiam spiritualibus viris. Nam et secularibus viris alia
que placent alia que displicent videmus accidere et ipsis nichilominus
spiritualibus non semper tristia non semper leta succedunt sed est vespere et mane
dies unus. Et illud. Visitas eum diluculo et subito probas illum. Verum hec
mixtura dum presens seculum manet magis manat ut et fluit. Ceterum post hoc
seculum duo futura sunt secula valde diversa et adversa invicem ut in altero non
sit nisi fletus et stridor dentium in altero solum gratiarum actio et vox laudis
Abstergit enim deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum et iam non erit am-
-plius neque luctus neque clamor sed nec ullus dolor. Infernum sicut a
maioribus nostris(?) multum patitur adversa. In nec ipsis servis dei omnia

in hoc mundo optima succedit. In die ergo malorum memores sint bono-
rum ne pusillanimes fiant et impacientes sicut hic de quo legimus in psalmo
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. In die quoque bonorum memores sint ma-
lorum ne extollantur et dicant in abundancia sua non movebimur in eternum.
Sicut enim secularium rerum prosperitas occidit stultum secularem sic per-
et abundancia spiritualis prosperitatis occidere doctum spiritualem atque eciam non
spiritualem. Spiritualis quippe omnia diiudicat. Unde autem caveat quod stultum oc-
cidat prosperitas et non sapientem alibi habemus. Cor sapientis ubi tristicia
et cor stultorum ubi leticia. Merito proinde ait. Bonum est magis ire ad
domum luctus quam ad domum convivii. Licet enim multos frangit adver-
sitas tamen multos plures extollit prosperitas sicut scriptum est. Cadent
a latere tuo mille sinistro scilicet per quod significantur adversitates et decem mi-
lia idest plures a dextris tuis in quibus prosperitas designatur. Denique qua-
liter utrumque periculum est orat sapiens et dicit. Divicias et paupertatem ne
dederis michi ne forte aut divicie extollerent in superbiam aut paupertas de-
iceret in impacienciam. Unde et dominus sicut in passione paciencie ita et in pro-
cessione humilitatis exhibere curavit. In illa enim tamquam ovis ad oc-
cisionem ductus est et quasi agnus coram tondente obmutuit et non aper-
uit os suum. Qui cum pateretur non comminabatur sed magis orabat dicens.
Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. In processione autem quamvis de-
parabant sese populi ut exirent obviam et nec eum latebat quam nove-
rint quid dedissent in honore. Propter quod et ipse positus est non in curribus aut in
equis non in frenis argenteis aut sellis aureis tectis sed humilis. Aselli
tergo sedens suppositis apostolorum vestibus quas ego de preciosioribus regnum
fuisse non credo. Sed quid sibi quod processionem habere voluit qui mox fu-
turum noverat passionem. Forte ut amarior esset passio quam processio
precessisset. Ab eodem enim populo in eodem loco et ipso tempore paucissimis die-
bus interpositis primo cum tanto triumpho susceptus postea crucifixus est.
Quam dissimile est. Tolle tolle crucifige eum et benedictus qui venit in
nomine domini osanna in excelsis. Quam dissimile rex israhel et non habemus re-
gem nisi cesarem. Quam dissimiles rami virentes et crux. Flores et spine.
Cui prius presternebant vestimenta aliena. Ecce suis exuitur et sortes
mittuntur super ea. Ve tibi amaritudo permixta in medio processionis que solacienda
tamen amaritudo est necessaria. Jam vero ad processionem accedens tu
quam primo ordines meos in ea videre iuvat. Fortassis in hac mea processi-
one omnes hodie poterunt inveniri. Precedebant enim aliqui et viam parabant.
Ipsi sunt qui viam parant domino ad corda virorum qui vos regunt et dirigunt
gressus vestros in viam pacis. Alii sequebantur et hi sunt qui proprie in-
stitucionis devote sequuntur et adherent semper vestigiis precedentium. Erant
quoque discipuli tamquam domestici lateri eius adherentes. Ipsi sunt qui partem
optimam elegerunt qui in claustris soli deo vacantes semper deo adherentes

et eius placitum considerantes. Ipsum quasi iumentum cui insidebat non deferunt.
quod designat devotos corde et animos quodammodo bestiales. Verum non sunt ani
malium huiusmodi compositor multitudo nec optima. tales enim magis one
ri sunt quam honori nec propter eos professio valde gloriosior est. Huiusmo
di autem contrire non noverunt sed male sonoros dant rugitus. Ipsi sunt
qui magis semper et aliorum egent. Attamen nec ipsos relinquet domi
nus deum disciplinam ferre voluerint. Hiis enim dicitur. Servite domino in timo
re et apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus et pereatis de via iusta.
Ipsum enim hoc iumentum disciplinam ferre noluerit quid restat nisi ut
abiciat eum dominus cum indignatione quadam et pertinens exeat a via currens
ad spinas et tribulos a quibus suffocetur verbum dei que sunt divitie huius
mundi et voluptates carnis. Sed qui tales sunt hii quibus gravius est ordo
et cum omnibus quos pungi frequenter oportet et urgeri obstinatos eos
ut studeant de iumentis fieri quevis in homines communiter et spiritus inter
aliquos ceterum ut sint aut de precedentibus aut de adherentibus et collateralibus
aut de sequentibus sunt. quod si non fuerint obstinati ut vel in eo quod sunt permaneant
infirmi et pacienter ferunt que salubria sunt et si minus sufficiant donec eis
placeat domino respicere humilitatem eorum et in melius aliquid eos promovere
Vultis autem ut aliquem comprehensam iumentum vestrum est Sermonis equidem qua
contrire non novit. Nemo enim de eis est qui dicere possit. Contribules michi
erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Attamen verum est quia
neminem ceterorum tam prope est dominus. nam nec ipsi qui hinc et inde adherent
tam prope eum habent ut iumentum cui insidet. Et audi hoc quod a pro
pheta prope est dominus hiis qui tribulato sunt corde. nam et mater que
egrotantem novit filium magis fovet et amplectitur sepius. Nemo ergo
indignetur nemo contempnat quod voluerit Christus esse iumentum et enim qui scan
dalizaverit unum de pusillis istis illum gravius offendit qui eos tamquam in
misericordie sue gremio fovet donec roborentur. Unde et monet in
firmitates pacientissime ferendas beatus benedictus ammonuit. Continet
ergo sunt gratia in professione domini. boni prudentes et boni simplices hii sunt
qui precunt et qui sequuntur. Bonos autem addidi quia prudentes non boni
magis sunt imo econtra calidi. sapientes sunt ut faciant mala. et simplices non
boni stulti sunt. In professione autem domini nec simplex locum habet nec stul
tus. Porro qui adherent et contemplativi sunt. qui precurrunt et comitantur
eo ipsi sunt duri corde et parum devoti. Sed certe omnes sunt in professione domini
et nemo ex ipsis faciem eius videt. nam qui precedit occupati sunt in p
aranda via solliciti circa primum et temptationes aliorum. qui sequuntur ipsi eius
faciem eius videre non possunt sed sicut moysi dictum est. posteriora eius videt
Iumentum autem cui insidet magis ad videndum levavit oculos sed pronum est
semper in terram. Qui vero adherent ipsi aliquid videre possunt sed raptim et in
transitu nec plene dum adhuc sunt in via. Attamen quantum ad alios ipsi magis

facie ad faciem cum viderit in patria. quod item de moyse scriptum est ceteris qui
dem prophetis per visiones et sompnia moysi vero facie ad faciem loque
batur. quantum ad plenam faciei visionem nec ipse moyses dum viveret in hoc
mundo impetrare potuit faciei ipsius visionem sicut ipse ait. Non vide
bit me homo et vivet. non videbit nisi in hac vita. non videbit quis
faciem meam in hac via et in processione ista. Ipse autem pro magna pietate
sua donet nobis sic in eius processione proficere dum veniemus in
magna illa processione qua cum sanctis omnibus a patre suscipiendus est
et videbimus regem decore praeditum cum ipso ingredi merea
mur. ¶ Feria quarta de passione domini Sermo.

Vigilate fratres ne infructuose pertranseant dies huius temporis
sacrosancti. Copiosa est benedictio. date receptacula munda. devo
tas animas vigiles sensus affectus sobrios puras conscientias exhibe
te tantis muneribus gratiae. Nec tantum admonet nos sollicitudinis
huius communis modo specialis ipsa conversatio quam professi estis sed et generalis
ecclesiae observatio cuius filii estis. Universi siquidem christiani circa hanc
septimanam aut solito aut praeter solitum pietatis aliquid modestiae exhi
bent. humilitatis sectantur indicium gravitatis induunt ut christo patienti quodammodo
compati videantur. quis enim tam irreligiosus qui non compungatur.
quis tam insolens ut non humilietur. quis tam iracundus ut non indulge
at. quis tam delicatus ut non abstineat. quis tam flagitiosus ut
non contineat. quis tam malitiosus ut non poeniteat his diebus. Et merito
quidem. prope adest passio domini usque hodie terram movens petras scin
dens aperiens monumenta. prope est enim resurrectio eius in qua solemp
nitate celebrabitis altissimo domino festum usque in altissimam quae fiet
mirabili alacritate et aviditate spiritus sobrietas. Nichil in hoc mun
do melius fieri quam quod a domino factum est his diebus. nichil modo utilius
poterat commendari quam ut ritu perpetuo singulis celebret annis
memoriale eius in desiderio animae et memoriam habundantiae suavitatis eius
eructet. Utrumque autem [illegible] nos quia utrumque nobis fructus salutis in
utroque enim spes nostra. ¶ Mirabilis passio tua domine ihesu quae passiones
omnium nostrum propulsavit. propitiatur omnibus iniquitatibus nostris et nulli
unquam pesti nostrae invenitur inefficax. quid enim tam ad mortem quod non tua
morte solvatur. In hac ergo passione tua fratres specialiter convenit intueri
opus modum et causam. Nam in opere quidem patientia in modo humilitas in causa ca
ritas commendatur. Patientia autem singularis quia videlicet cum super dorsum eius fabrica
rent peccatores cum sic extenderetur in ligno ut dinumerarentur omnia ossa
eius cum fortissimum illud propugnaculum quod custodit israel undique foraretur
cum foderentur manus eius et pedes sicut agnus ad occisionem ductus
est et tamquam ovis coram tondente non aperuit os suum. non adversus
patrem murmurans a quo missus fuerat. non adversus humanum

De pacientia xpi magna